Pumicis
Thuris } ana ʒvj.
Maſticis
Cinnam.
Caryophyll.
Nuc. Moſch. } ana ʒij.
Zingiberis
Ligni aloes ʒiv.
M. Fiat puluis.

Decoctum.

℞. Tormentillæ
Pimpinellæ } ana ℥ ß.
Zingiberis
Aceti acerrimi lib. j. coque & tene in ore.

Puluis pro dealbatione.

℞. C. Cerui vſti
Oculorum cancri,
Corallor. albor.
ana q. v.
Fiat puluis.

Caput XXI.

De Medicamentis ad Linguæ fauciumque affectus.

In Batracho ſub initium præſertim, aperiatur vena ſub lingua; quidam ranam vi-

vam

uam Nuchæ applicant, ſed non ſemper ſucceſſus voto reſpondet.

Paralyſis linguæ præmiſſa Vniuerſali corporis cura, curatur frictione linguæ, cum ſem. Erucæ & Theriaca, Item ol. aniſi in linguæ apicem inſtillato. Item Balſamo vel ol. Caryophyllorum.

Aphonia in genere curatur vt paralyſis, in ſpecie autem laudatur primo aqua lil. conuall. ſecundo aqua Antipoplectica, & flor. ol. conuall. & Lauendulæ. Balbuties difficulter tollitur vſu Rad. Cichor. conditæ, ſic etiam amaritud. linguæ tollit ſal Cichor. Item Raſura linguæ cum Rad. Zedoariæ. Item gentianæ, ſi abolitus vel imminutus. Primo ſecantur venæ ſub lingua. Secundo vtere gargariſm. quod in affectibus oris præſtans eſt ſequens

℞. Flor. maluæ Hortenſ. m. j.
Flor. roſar. rub.
Fol. prunellæ
Veronicæ
Saluiæ
} ana m. ß.

Rad. polypod. querni ℥ij.
Omnibus minutim inciſis adde

Salis nitri ℥j.
Aluminis crudi ℥ß.
Mellis ℥ij.

Coquantur omnia in aquæ puræ lib. viij. & aceti vini ℥ j. vsque ad casum transuersi pollicis, postea coletur, & colatura leniter exprimatur.

Tertio fiat talis mixtura.

℞. Spiritus vini ℥ j.
Spiritus vitrioli ℥ ß.
Mellis ℥ j.

Misce instar linimenti: Hoc linimento post adhibitum gargaris. illinatur lingua & gustus paulo post redibit.

In Tumore tonsillarum ex causa frigida fiant saltem inunctiones externe cum oleo amygdal. dulcium, cui aliquid de oleo ceræ destillatæ immistum fuerit. Interne fiant gargarisationes, cum pipere longo in aqua communi decocto.

In earundem inflammatione: Primò valet gargarismus prædictus. Secundo externæ inunctiones cum oleo amygdal. simpl. Item cataplasmata ex fol. maluæ, meliloti. Item florum Chamomill. Cataplasma item ex mica panis triticei cum melle, citò inflammationes sistit. His omnibus præualet menstruum in aceto dissolutum & applicatum. Item fol. Raphani foris applicata. In abscessu siue putredine & Vlcerationibus tonsillarum, gargarismus supra traditus multum potest; mundificat

dificat enim & consolidat, præsertim si reliquis adiiciantur fol. plantaginis, itaque ipsius vsus in vlceribus maxime vtilis est.

In sordidis vero recurrendum est ad mundificationes fortiores, qualis expectanda est ab aqua illa viridi secunda, de qua supra. Postea decoctum veronicæ & mellis eadem vlcera facilime consolidat. In laxitate Vuulæ præstat gargarismus compositus, præsertim si Vuularia adiecta fuerit. Deinde fiat puluis

℞. Piperis longi ℈j.
Succi Araciæ } ana ℈ij.
Rad. Tormentillæ }

Misce fiat puluis.

Huius pulueris aliquid insuffletur Vuulæ, post vsurpatum gargarismum vel verticis capillos paulatim fortius sursum trahe, donec nempe faciat sonitum, postea pauxillum de alumine vsto supra Vuulam aspergo, & laxitas remittet. Idem præstat puluis sem. rosar. quod si hæc omnia parum præstiterint: Recipe recens ouum ad duritiem coctum, scinde per mediet atem in longum, & cum ligatura verticiimpone per aliquot horas, donec nempe laxitas fuerit sublata.

Inflammationem Vuulæ tollit gargarismus quilibet, modo capiat aliquid de nitro

fixo, sic aqua prunellæ destillata, cum lapide prunellæ mixta & gargarisando vsurpata, inflammationem aufert. Vlcera columellæ simplicia curantur, quemadmodum etiam linguæ & totius palati, Item faucium, valet hic decoctum veronicæ & mellis cum aqua simplici: Item decoctum satureiæ in vino post debitas gargarisationes eiusmodi vlcera perfectè curat. Interdum recurrendum est in contumacioribus ad spiritum vitrioli, qui eiusmodi aquis vel decoctis mundificant. additus, ita tamen vt vix sentiatur, celerius & potentius curat, præsertim si in aqua plantaginis permistus applicetur: postremo vsus Diamoronis vel potius succi expressi, aut salis mori multum hic prodest.

In vlceribus fœtidis & putridis recurrendum est præterea ad aquas illas viridis supra descriptas, quæ omnem putreditinem & exulcerationem fœtidam funditus tollunt, vt facilius elegans consolidatio subsequi possit.

In vlceribus ex lue venerea in quacunque oris & faucium parte. Primò cognoscendus est morbus, de quibus signis suo loco, deinde descendendum ad vniuersalia & particularia in illo morbo, & tali ratione vl-

cera

cera facile incipientia in istis locis, simul cum morbo transeunt. Sin secus, deueniendum est ad topica primum mitiora, ad gargarismos nempe & aecocta vsitata: Quod si ne sic quidem malum vinci potest, deinde aquæ viridis accersendæ & applicandæ sunt, tangendo nempe cum penicillo locum affectum, & cum gargarism. postea eluendo: sic enim facilime cedunt. In his vero omnibus mirabiliter vniuersum operatur morbum luis venereæ ex toto corpore eliminando, Spiritus Mercurii rubeus, cuius præparatio suo existit in loco.

Anginam vel incipientem, vel iam confirmatam præsertim si febris vrgeat, subito vomitoria, inprimis Aquabenedicta tollunt, sic enim inflammatio cedit, & vlcera seu Apostemata rumpuntur. In hisce verò omnibus respiciendum erit ad materiam ipsius patientis & virium robur: Quod si igitur vomitoria locum habere nequeunt, statim recurrendum est ad specifica, quæ initio secus etiam post vomitoria locum habere possunt. Talia sunt, primo quod apud Paracelsum in tractatu de pestilitate ad Sterzingenses. Quod recipit vj. vel viij. cancros viuos, sedi maior. m. iij. vel jv. quæ inuicem contusa in mortario, & postmodum expressa succum reddunt, quo linguæ & fauces sunt

fouendæ, vel ipſa lingua radenda, imo eius aliquid initio concedendum. Secundo *eſt experimentum Antonij Katzmeyers ciuis Auguſtani, quod recipit ſedi maioris lib. ij. contundantur in mortario & exprimatur ſuccus. Huius recipe lib. j. adde ſalis armoniaci ℥ß. relinque in loco humido ad ſolutionem vſque ſalis, poſtea deſtilla per Alembicum. Hac aqua ſæpius ablue linguam calide, eſt probatiſs. vide Cunradinum de lue Vngarica.*

Tertiò, gargariſmus ille de quo ſupra. Notain hoc caſu aliquid adiiciendum eſſe ad plantas iſtius de ſedo maiori. Quod ſi gargarizare nequeat, ſiphunculis eſt iniciendus gargariſmus. Poſt ſingulas gargariſationes, Recipe corium de lardo duos digitos latum, & aſſulatim incide, ex ea parte qua adhuc laruum eſt, & pone eundem ad linguam, vt aliquandiu detineatur, ac tandem ſic diſcedit nigerrima cuticula, lingua reſoluitur & ſanatio ſequitur celerior. Externe ad collum ipſum applicetur Emplaſtrum ex nidis hirundinum, & albo græco ana, vel medietas cum aqua ferrariorum coctum, calide. Pro potu diſſolutio ſalis nitri vel ſalis prunell. ℥j. in aqua fontana Menſ. j. Angina Notha puerorum curatur Emplaſtro, modo dicto.

Garga-

Gargarismus in Angina.

℞. Aquar. Buglossæ pastoris
Plantaginis
Latifolii
Rosarum
Portulacæ } ana ℥ij.
Diamoron
Mellis ros. } ana ℥j.

Fiat gargarismus.

Vel. Recipe maioranæ
Serpilli
Origani
Betonicæ
Saluiæ } ana m.j.
Piperis longi ℥j.
Pyrethri
Zingiberis } ana ʒß.

Coquantur in lib. j. aquæ ad tertias, deinde colentur,

Colaturæ adde mellis rosati ℥j.ß.
Oxymel. Squillit. ℥j.

Misce, fiat gargarismus.

Vel. Recipe Rad. glizirrhi. incisæ ℥iij.
Ficuum ping. Num. IV.
Passul. Corinthiac.
Sem. Anisi } ana ℥j. ß.
Flor. ros. rub. p. j.

Coquantur in aquæ hordei lib. j. ſ. ad consumpt. tertiæ partis colentur.

Vel. Recipe Fol. Hyssopi
Betonicæ } ana m. ſ.

Anthos

Anthos
Stœchad. Arab } ana p.j.
Vini ℥x.

Macerentur & incalescant, postea exprimantur, Expressio dulcoretur cum syr. de stœchad. q.suff. fiat gargarismus.

Vel. Recipe pul. galangæ,
Pyrethri } ana ℥ ß.
Masticis
Thuris } ana ℥j.
Fol. origani
Rosmarini } ana m.ß.
Vini ℥x.

Bulliant ac colentur, colaturæ adde syr. stœchad. q.s. fiat gargarismus.

Gargarismus dissolutivus.

℞. Rad. Acori ℥ ß.
Pyrethri ℥j.
Saluiæ
Betonicæ } ana m.j.
Origani
Maioranæ
Rosmarini } ana m.ß.
Stœchad. Arab. ℥ ß.
Rosarum m.ß.
Plantaginis m.j.

Coquantur in s.q. aquæ ad remanentiam ℔ß. *s. fiat colatura, cui admisce*

Diamo-

Diamoronis } ana ʒj.
Dianucum }
Græci albi ʒj.

Fiat gargarismus Dissolutivus.

Vel. Recipe Agrimoniæ } ana m.j.
Phantaginis }
Gran. Berberis }
Cort. mal. gran. } ana ʒij.
Sem. Acetosæ }
Portulacæ }
Ros. rubearum } ana p.j.
Hordei integri }
Passularum ʒß.

Fiat decoctio ad ℔.j. *in qua dissolue*

Diamoronis }
Dianucum } ana ʒj.ß.
Succi granatorum }

Huius partem ore continebit æger ad leuiorem gargarismum.

Gargarismus in Angina & putredinosis affectibus oris &c.

℞. Camphoræ ʒiiij.
Vitrioli albi ʒij.
Aluminis ʒj.
Pynethri ʒvj.
Staphysagriæ ʒiv.
Zingiberis ʒij.
Caryophyllor. ʒvj.
Zedoariæ } ana ʒiij.
Calam. aromat. }

Presilgæ

Prefilgæ rub. ℥j.
Vini albi menſ j.
Aceti ℥ ij.

Fiat decoctio artificioſa, quæ edulcorari poteſt ſi placet.

Emplaſtrum materiam ad exteriora educens egregie.

℞. Lapatis acuti
Vuarum paſs. enucl.
Ficuum
Rad. Ireos
} ana p. æ.

Cum axungia veteri fiat emplaſtrum, quod calide imponatur.

Vel. Recipe ſem. lini
Fœnugræci
Altheæ
Maluæ
} ana ℥j.

Terantur & pulueriſentur optime, in aquæ bulliant Rad. Althea Maluæ reiectis medullis, & cum coctæ fuerint accipiantur ex iis ℥ iij. & cum Dialthea, Butyro, conficiantur, additis prædictis pulueribus fiat Emplaſtrum.

Gargariſmus alius bonus, etiam ad tumorem glandium.

℞. Rad. pyrethri ℥ ß.
Cort. ligni berberis
Ligni acaciæ
Naſturtii aquatici
} ana m. iij.

Sionis

Sionis
Masticis
Albi græci } ana ʒ j.
Thuris
Aluminis vsti
Cancrorum viuorum Num. iij.
Sacchari ʒj.ß.
Trita bulliant in vino rubro, addendo mellis ʒiij.
Fiat gargarismus vtilissimus.

Syrupus in Angina.

℞. Syrup. violarum } ana ʒ ß.
Iuiubini }
Diamoronis ʒij.
Syr. papauerin ʒj.ß.
Spec. Diatrag. frig. ʒj.
Fiat Syrupus.

Aqua ad oris halitum, ac narium.

℞. Aquar. Rosarum ℔.j.ß.
Violarum ℔ j.
Maioranæ ℔. ß.
Nuc. Moschat. }
Cinnamomi }
Agallochi } ana ʒ ij.
Galangæ }
Zedoariæ }
Moschi gr. viij.
M. destilletur inde aqua.

Tinctura

Tinctura in Angina.

℞. Cort. ligni berberis
Ligni acaciæ
Nasturtii aquatici
Sionis
} ana m. iij.

Cancrorum viuorum m. ij.
Mellis ℥ ij. ß.
Aluminis ℥ j. ß.
Vini rubei q. s.

Fiat Digestione Tinctura, quæ teneatur in ore pro gargarismo.

Puluis pro vlceribus gutturis.

℞. Flor. sulph. ℥ i v.
Myrrhæ rub.
Aluminis
Sacchari
} ana ℥ i j.
Masticis
Thuris
} ana ℥ j.
Pyrethri ℥ vj.

Misce fiat puluis.

Recipe huius puluveris ℥ j.
Viui sublimati ℔ j. m.

CAPVT